DISSERTATIO IVRIS PVBLICI

DE

TERRITORIO CLAVSO CIVITATVM IMPERIALIVM

QVAM

AVSPICE

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIÆ, GVESTPHALIÆ, RELIQVA

PRÆSIDE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRORECTORE MAGNIFICO

DOMINO

BVRCARDO GOTTHELFFIO STRVVIO

IVRIS CONSVLTO CELEBRATISSIMI NOMINIS SERENISSIMORVM SAXONIÆ DVCVM ERNESTINÆ PROSAPIÆ CONSILIARIO VT ET SERENISSIMO MARGGRAVIO BRANDENBVRGO-CVLMBACENSI A CONSILIIS AVLICIS DVCALI HISTORICO, IVRIS ET HISTORIARVM PROFESSORE PVBLICO

PATRONO ET PRÆCEPTORE ÆTERNIS OBSEQVIIS COLENDO

IN AVDITORIO IVRIS CONSVLTORVM BENIGNAE SVBIICIT CENSVRAE

AVTOR

GEORGIVS GVILIELMVS SCHOEPPERLINVS

NORDLINGA-SVEVVS

DIE XXIII MENSIS MARTII ANNI CIƆIƆCCXX.

IENÆ LITERIS FICKELSCHERRIANIS.

330

Digitized by Google

NOBILISSIMO

SCHOEPPERLINO

DISSERTATIONIS AVTORI DOCTISSIMO

S. D.

BVRCARD GOTTHELF STRVVE.

INduſtriam Tuam, quam intra priuatos parietes ſæpius probaſti, nunc publico edoces argumento. Poſtquam enim ex ſcholis vel celeberrimorum virorum, vel meis etiam tantum profeciſſes, vt publico prodeſſe poſſis, hoc ipſo Specimine documentum edis non contemnendum. Materiam ſelegiſti, vexatam illam quidem, aſt grauem atque perutilem. Elaborationem ſuſcepiſti ſolus, eandemque ad

ad finem perduxiſti feliciter.
nuum Te exhibuiſti adſert
Iurium, quæ Ciuitatibus In
in dubium quandoque ſolen
cari, atque hoc ipſo Ciuen
monſtraſti Patriæ Tuæ pro
rum. De hoc igitur & Tib
tulor & Patriæ, Deum prec
vt ſucceſſus concedat prof
mos, atque fructus ſtudiorum
be geſtorum largiſſimos.

Scribebam Ienæ d. XVI. Ma
CIƆ IƆ CCXX.

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI
DE
TERRITORIO CLAVSO
CIVITATVM IMPERIALIVM.

§. I.

ACturo de Territorio clauſo Ciuitatum Imperialium, neceſſe erit, paucis in ſtatum Germaniæ noſtræ antiquum inquirere, vt ipſa tractatio deinde eo felicius procedat. Conſtat autem inter iuris publici Doctores, Germaniam noſtram primis temporibus diuiſam fuiſſe in *Francos atque Saxones*, WITTICHINDI *Annal. Lib. 1. pag. 634. vbi: Regi Ludouico non erat filius, omnisque populus Francorum atque Saxonum quærebat Ottoni diadema imponere regni.* Cuius diuiſionis ratio petenda eſt a temporibus Clodovæi Regis Germanorum: hic enim omnibus fere Germaniæ populis, ſolis Saxonibus exceptis, ſub iugum miſſis, quod factum eſt Seculo poſt Chriſtum natum quinto, anſam dedit, vt omnes iſti populi a Francis deuicti, ſub communi nomine Francorum venirent, indeque Germania noſtra facta vel Francici iuris vel Saxonici.

A §. II.

Digitized by Google

§. II.

Secundo diuidebatur Germania a Roma
rhenanam ſiue magnam, (quæ nobis cis rher
cis rhenanam ſiue minorem, (nobis transrh
hæc rurſus erat vel prima ſiue ſuperior, vel
inferior, germanice *die Ober-und Unter-Lan*
hæc diſtinctio iam IVLII CÆSARIS temporibus,
cap. 16. de B. G. ait: Vbii autem, qui vni ex tr
ad Cæſarem legatos miſerunt, & Lib. V. ca
Germanos transrhenanos ſollicitare dicebant
prehendebat vero Superior Germania terra
ſem, Sueuiam, Bauariam atque Franconiam,
equeſtribus dicebantur *die vier Lande, illu*
diſſ. de Ludis equeſtribus ſub Præſ. Dom. SCHV
ta, cap. 4. §. 6. & 9. & in Synt. hiſt. germ.
Inferior autem Germania ſub ſe continebat vı
xoniam, huius diuiſionis etiam Carolus IV. me
cit in A. B. tit. V. quando diſtinguit inter ius
atque Franconicum. Illa, nimirum ſuperior Ge
iuris Franconici; hæc vero iuris Saxonici, &
viſione duo magni Vicariatus, Saxonicus ne
Palatinus promanarunt, *illuſt. Præſ. in Syn*
cap. V. §. 2.

§. III.

Tertio diſtinguuntur Germanicæ terræ
atque *immediatas*, inter quas magna quonda
ſit differentia; fundamentum autem huiu
ortum eſt ex harum Prouinciarum adminiſtra
temporibus Ottonis Magni floruerant V. illi
catus, *Bauaria* ſcilicet, *Saxonia*, *Francia*, *S.*

Lothariŋgia, quos Ducatus deinceps Ottonis ſucceſſores Ducibus ſuis tradiderunt regendas atque adminiſtrandas: dum enim iſti Ducatus ſub Ducum eſſent poteſtate, ipſis ab Imperatoribus conceſſa, domania etiam ipſis loco ſalarii fuiſſent adſignata, tales prouinciæ habito reſpectu ad Imperatorem, dicebantur mediatæ. Dum e contrario reliquæ terræ, quas Imperatores fiſco atque Cameræ Imperiali reſeruabant, dicebantur immediatæ, quibus nomine Imperatoris vel miſſi regii, vel Comites palatii vel etiam Cameræ nuntii præfuerunt. Inter has præ cœteris eminebat terra Rhenenſis, quæ omni tempore ſine Duce fuit, diuerſaque Imperii Palatia in eadem fuere ſita, vt Wormatia, Spira, Argentoratum &c. Huc etiam referendi ſunt Germaniæ Palatinatus, nec non terræ Sueviæ ac Franconiæ, extincta ſcilicet cum Conradino familia Hohenſtauffica, *illuſtr. Præſ. in Synt. Iur. Publ. cap. V.* §. *3*.

§. IV.

Inde euenit, quod in terris mediatis vix reperiantur Comites immediati, nulla ibi ſunt iudicia immediata, nulli Prælati atque Nobiles, rariores vrbes immediatæ. Duces enim, acceptis a Conrado I. ſub feudi lege ducatibus *illuſtr. Præſ. in Synt. hiſt. germ. diſſ. XI.* §. *7*. Comites atque Nobiles ſibi fecerunt Landſaſſios, vrbes municipales. In terra vero Rhenenſi & Germaniæ Palatinatibus, nec non in Sueuia atque Franconia magna reperitur multitudo immediatorum Comitum, Prælatorum, Ciuitatum, Nobilium, Iudiciorumque, omnibus imperii ac immedietatis iura ſibi vindicantibus.

A 2 §. V.

333

Digitized by Google

§. V.

Antequam vero in originem Ciuitatu
lium inquiramus, non inutile fore credo, pau
quando Germani Ciuitates atque vrbes con
rint. Probe autem heic ponderanda venit
la Germaniæ, quam §. II. tradidimus. In I
Germania transrhenana tempore Caroli M.
riuntur vrbes, multo minus imperiales.
Germani, more Lacedæmoniorum *Ciuitatis*
in mœnibus, ſed in viris armatis quæſiuerunt.
SAR quidem *lib. IV. cap. 3. & 4. de B. G.* me
cit Germanicarum Ciuitatum. Tales etiam
te erant Magdeburgum, Erfurtum, Bardeu
iuribus Ciuitatum gaudebant, Ciuitatisque
niebant, prout patet *ex Synodo Vernenſi A*
Pipino celebrata, vbi dicitur, *vt Epiſcopi ſin*
bus non in villulis vel pagis, hæ Ciuitates verc
erant & ſaltim villæ maiores commerciis cla
equidem, morum Germanorum alias optimu
ſub Traiano Imperatore *cap. 16. de Mor. G*
nullas Germanorum populis vrbes habitari, ſat
ne pati quidem inter ſe iunctas ſedes: colun
diuerſi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit
cant non in noſtrum morem, connexis & cohær
ficiis, ſuam quisque domum ſpatio circumdat,
ſus caſus ignis remedium, ſiue inſcitia adi
Germania vero cisrhenana (nobis transrhe
pore Iulii Cæſaris multæ iam extructæ erant
teſtatur CONRING. *de repl. diſſ. 3. de Vrbibus G*
& illuſtr. Præf. in Synt. hiſt. germ. diſſ. 3. §. 6.

§. VI.

Dum autem æuo Carolingico & ante ſeculum nonum in Germania magna ne vnica quidem vrbs extiterit, mœnibus cincta, villæ ſaltem erant, eædemque vel mediatæ vel immediatæ dicebantur, prout ſcilicet Ducibus ſubiectæ erant, vel ab ipſorum poteſtate exemptæ. Ita nominabantur *Königliche Flecken oder Dörffer* prout CAROLVS M. Vlmam ſuam regalem villam vocat, vid. *Lehmann. in chron. Spir. lib. II. cap. 18.* qui mentionem facit requiſitorum veterum vrbium, dicens: *Städte hat man geheiſſen eine groſſe Gemeinde, in welcher ſampt dem gantzen Gauw ein Biſchoff und ein Grave, im Nahmen und von wegen eines teutſchen Königs und des Reichs Geiſt- und weltliche Obrigkeit verwaltet, und mit Mauren und Wällen wehrlich geweſen;* & hæc pag. 88. porro ſubiungit pag. 90. *Ob nun wohl in folgenden Zeiten viel Flecken an Volck und Reichthum trefflich gewachſen, und iezo fürnehme Reichs-Städte ſeynd, ſo iſt doch gewiß, daß ſie zu Zeiten der teutſchen fränckiſchen König und Kayſer, noch keine Städte geweſen und die Qualitäten nicht gehabt, die zuvor erzehlet worden, ſondern werden in den Hiſtorien nicht anders als villæ regiæ genandt, in welchen die Könige gleichfalls Palatia gehabt, und bißweilen auch Reichs-Tage dahin geleget worden. Alſo werden ausdrücklich in der Caroliner hiſtorie villa regia Reichs-Flecken genanndt, Franckfurth und Ingelheim, in welchen beyden Palatia, auch etliche Reichs-Verſamlungen geweſen.* De his vberius MABILLONIVS *de re diplomatica lib. IV. ineunte.* *illuſt. Præſ. in Synt. Iur. Publ. cap. IX. §. 3.*

33½

Digitized by Google

§. VII.

De Henrico Aucupe vero, qui primus i
gentem regium Germanorum intulit nomei
Hiſtorici, eum in vrbibus condendis eximie
cœpiſſe enim hinc inde vrbes nouiter munire
dere, marchasque contra irruentes hoſtes,
contra Hunnos atque Vngaros, ac nonum qu-
rum ex agro & pagis, cum tertia frugum ad e
tium parte in vrbes transtuliſſe, vt nec defe
vitæ commoda deficerent. Inter vrbes vero
fecerit, memorantur potiſſimum *Miſna*, *Q*
gum, *Goslaria atque Merſeburgum*, quod tan
muris circumdedit, *illuſt. Præf. Synt. hiſt. germ*
§. *XI.* Quantam vero hic Princeps extruen
niæ vrbibus operam dederit, atteſtatur *Scri*
WITTICHINDVS *lib. I. Annal.*

§. VIII.

Succeſſu temporis, poſtquam vrbibus
demque egregia ab Imperatoribus atque C
conceſſa fuiſſent priuilegia ad annonæ atque
commoditatem promouendam, PEEFF. *ad*
lit. XVIII. §. *IV.* magnum hoc vrbibus attulit
tum. Deinceps *Vicinitas* quoque quorundam
ſæpius in cauſa fuit, vt plures in vnum pagu
etiam ſubditi diuerſorum dominorum, inde
hodie multi loci reperiantur præſertim inter
diuerſis iurisdictionibus parent, quas dicere
vernacula, *drey, vier Herriſch*, vbi hi errorei
tunt, qui hanc formant præſumptionem,
locum quondam ſub dominio vnius fuiſſe, *vid.*

in theſ. pract. voce Zwey-Herriſch; & horum pagorum coalitorum multi olim iura Ciuitatis acceperunt. *Manumiſſiones* quoque magnum Ciuitatibus attulerunt incrementum, ſublata ſcilicet penitus ſeruitute, acceſſit quoque, quod omnes conuentus, concilia atque conuiuia in vrbibus debuerint celebrari.

§. IX.

Seculo autem duodecimo plerarumque conditio cœpit efflorescere, poſtquam externis commerciis magno ſe ſtudio applicuerint: diuitiis igitur atque ſimul animis vt fieri ſolet creſcentibus, cum ad libertatem Ciuitates aſpirarent, eius parendæ non vna fuit ratio nec ſimilis ſucceſſus. Nam cum Epiſcopi iura Territorii atque Aduocatias ab Imperatoribus accepiſſent, in ipſas Metropoles ea exercere conati ſunt, qua de cauſa tot ſubortæ ſunt lites inter Epiſcopos & vrbes Metropoles, quarum nonnullæ, vt Oſnabrugum, Monaſterium, Auguſta Treuirorum &c. iugum atque iurisdictionem Epiſcopi agnoſcere coactæ ſunt; aliæ vero vt Colonia, Lubeca, Wormatia, Spira, Ratisbona &c. immunitate atque libertate ſua adhuc hodie fruuntur, *illuſt. Praeſ. in Synt. Iur. Publ. cap. XXI. §. VII.*

§. X.

Multa autem creſcentis numeri Ciuitatum Imperialium fuerunt argumenta. Primum, quod ex Imperatorum priuilegiis a poteſtate Ducum atque iurisdictione Comitum propter nimias eorum ſuppreſſiones fuerint exemptæ. Secundum addidere Ciuitatibus fœdera, mutuæ defenſionis & commerciorum cauſa inita, ex quibus nobile præprimis eſt id, quod Anno

Digitized by Google

Anno 1247. & 1255. contraxere vrbes Rheno adſitæ, cui etiam Principes quidam adſcripti fuerunt, de quo *Chron. Auguſt. ad annum 1247. & Albertus Stadenſis ad Annum 1255. Lehmann in Chron. Spir. lib. V. cap. XCII.* Alterum fœdus erat Hanſa Teutonica, *die teutſche Hanſe*, commerciorum atque ſecuritatis gratia initum, de quo *vid.* KNIPSCH. *de Iur. Ciuit. Imper. lib. I. cap. IV.* Tertium erat fœdus Sueuicum pro tuenda pace publica imperante Friderico III. Imperatore Francofurti Anno 1486. concluſum, & dicebatur *die Geſellſchafft des St. Georgen-Schildes, ſiue der Bund im Land zu Schwaben*, de quo ſigillatim egit GEORGIVS IACOBVS MELLINVS *diſſertatione ſingulari, de Fœdere Sueuico, &* DATT *lib. II. c. VII. illuſtr. Præſ. in Synt. hiſt. germ. diſſ. XXX. §. LVIII.*

§. XI.

Tertium fundamentum dedere familiæ emortuæ, præſertim interitus familiæ Hohenſtauffica ſiue Sueuicæ cum Conradino, qui Anno 1269. Neapoli capite fuit truncatus, accedente maxime interregno fatali magno, quæ vti Ducatus Sueuiæ atque Franconiæ, vna cum Palatinatu in poteſtate ſua habuit, ita hac extincta, dum iſtæ Prouinciæ ſine Duce eſſent, hoc libertati vrbium incrementa dediſſe, veriſimile facit magna Ciuitatum Imperialium in his terris frequentia. Porro multæ Ciuitates libertatem pretio redemerunt, exempla *vid. apud* KNIPSCH. *de Iur. Ciuit. Imper. lib. III. paſſim.* Nonnullas etiam Imperatores de nouo condiderunt, villasque regias in Ciuitates erexerunt, *vid.* LEHMAN. *Chron. Spir. lib. IV. cap. IV. vbi Eslingam Reutlingam atque Heilbrunnam recenſet.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

Ad quod tempus autem Ciuitatum Imperialium Origo ſit referenda, non adeo liquet; certant enim adhuc Hiſtorici, lisque ſub Iudice eſt, nam quæ paulatim irrepere ſolent, vix vnquam percipiuntur, nec niſi verſione ſecuta ſentiuntur, BODINVS *de Repl. lib. II. cap. VI.* Illud certum eſt, ſucceſſiue, nonnullas citius, nonnullas ſerius libertatem obtinuiſſe; hoc vero ex Hiſtoricis conſtat, Ciuitates Rheno vicinas ſemper fuiſſe immediatas. Sine Duce enim fuit hæc Prouincia, Cæſaris juribus immediate reſeruata, & qui ejusdem vices geſſit, Comiti Palatino. Quando vero Ciuitates immediatæ in aliis Prouinciis initium coeperint, demonſtrauit PFEFFINGER *in Vitriar. illuſt. lib. I. tit. XVIII. §. III.* Interim conſtat, poſt Ottonum tempora Ciuitatum libertatem ſenſim incrementa ſumſiſſe, qua de re *vid.* LEHM. *Chron. ſpir. lib. IV. cap. III. Zu Zeiten der Franckiſchen Kayſer und Kœnig iſt keine Reichs-Stadt frey geweſen, vielweniger die Reichs-Dœrffer und Thaler, ſondern die Befreyung der Stadt hat ihren Anfang fürnemlich nach der Ottonen Regierung, von welchen und ihren Nachkommen im Reich, die Fürſten, Graffen, Herren und der Stadt Freyheit entſproſſen;* & in ſequentibus loco citato pergit LEHMANN: *dann gleicher Weiſſe, wie die Kayſer in Teutſchland, die Fürſten und Herrn hoch erhaben, alſo haben ſie auch nachmahls aus ſunderbahrer Gunſt und Gütigkeit gefreyet die alte Stadte des Reichs, Thaler und Flecken, denſelben eigene Regierung vergœnnet, desgleichen einen mercklichen Theil der Zœllen, Umgeldts und andern Gefallen ihnen zugeſtellet.* Imperatores vero, ſub quibus potiſſimum

336

Ciuitates ſuam libertatem obtinere cœperunt, erant Henricus IV. Fridericus I. & II. qui etiam chariſſimam meam Patriam dilatauit atque muniuit, eius Filius vero Conradus IV. Imperio illam adiecit, *vid.* LEHM. *Chron. ſpir. lib.IV. cap.V.*

§. XIII.

Ex diſtinctione autem Germaniæ, ſupra §. 3. allata, in *Terras mediatas atque immediatas*, diuiſionem in Territoria *clauſa* & *non clauſa* promanaſſe, omnino dubitarem, cum adhuc ante duo ſecula plane ignorata fuerit, & tantummodo Neotericorum quorundam inventum eſt, maxime eorum, qui in fauorem Nobilitatis immediatæ atque nonnullorum Prælatorum ſcripſere, qui ſe Iurisdictioni Ciuitatum, in quibus iacent, ſubducere fuerunt conati, quem errorem optime agnouit *Germanus Philoparchus, Auctor quidam Pſeudonymus*, in libro, quem inſcribit *den klugen Beampten, part. I. tit. XIII.* §. *XXXI. num. IX.* vbi ſequentia profert: *die diſtinction unter ein ungeſchloſſen und geſchloſſen Territorium, iſt weder in denen Reichß Conſtitutionibus noch in der ſana ratione fundiret, ſondern ein bloſſes inuentum von einem favoriten von dem unmittelbahren Reichs Adel, der ſeine Güter vor exempt wiſſen will, denn wo die exemption eines oder des andern ſimpliciter vel ſecundum quid immediati, ſo gleich ein ungeſchloſſen Territorium machet, wird kaum ein Stand im Heyligen Rœhmiſchen Reich zu finden ſeyn, der nach dieſſem Lehrſaz nicht auch ein ungeſchloſſen Territorium haben müſte. vid.* THOMASII *diſſ. de Brocardico vulgari, quæ ſunt in Territorio, præſumuntur etiam eſſe de Territorio*, vbi hanc diſtinctionem in Terri-

torio

toria clauſa & non clauſa etiam reiicit, cum omnia Territoria Statuum Imperii clauſa eſſe præſumantur, niſi ſingularis exemptio demonſtretur, prout etiam *illuſtr.* PRÆSES edocuit *in Synt. Iur. Publ. cap. V. §. V.*

§. XIV.

Effectum huius diſtinctionis ponunt in eo, atque dicunt, in Territoriis clauſis, inter quæ referunt Auſtriam, Saxoniam tam Superiorem quum Inferiorem, Bauariam nec non Landgraffiatum Thuringiæ, argumentum procedere vulgatæ, quam tradunt regulæ: *quicquid eſt in Territorio, eſt etiam de Territorio*, atque a ſitu rei argumentari licere ad ſubiectionem, eo effectu, vt omnes Vaſalli ſimul ſint Subditi; e contrario vero in Territoriis non clauſis, qualia ſunt circulus Sueuicus, Franconicus, vterque Rhenenſis, partim etiam Weſtphalicus, regulam hanc procedere, prout hanc diſtinctionem inculcant HENRICVS HILDEBRAND *de Territorio clauſo & non clauſo cap. II. §. I.* & LVDERVS MENKENIVS *in diſſert. de Vi Super. Territor. §. VIII.* verum ex diuiſione terrarum Germaniæ in mediatas atque immediatas, dictam diſtinctionem in Territoria clauſa & non clauſa non promanaſſe, patet ex eo, quia non deſunt terræ, quæ olim immediatæ penitus, quæ tamen hodie inter Territoria clauſa referuntur, *illuſtr.* PRÆS. *in Synt. Iur. Publ. cap. V. §. V.*

§. XV.

Exempli loco afferri poſſunt vrbes *Germanicæ-Palatinæ Prouinciales*; nam Imperatores non ſolum ſedes ſuas habebant in terris immediatis, ſed etiam in ſingulis Ducatibus ſibi reſeruabant certas vrbes Palatinas, ac certum

Digitized by Google

Territorium immediatum, quod Comitibus Palatinis loco ſalarii erat adſignatum, Palatinique Comites Cæſarem ſequi debebant, *vid.* LEHMANN *Chron. ſpir. lib. II, cap. IX. zu Zeiten Kœnigs Caroli M. läßt ſichs anſehen, daß aus jeder Nation des Reichs ein Pfaltz Graff an Hoff gezogen worden, damit ein jeder des Reichs Unterthanen in ſeiner Sprach gebœrt, Troſt und Hülffe empfinden kœnne. Speculum* quidem *Saxonicum V.* ſaltem recenſet Saxoniæ vrbes Palatinas, inter quas adhuc hodie *Goſlaria* ſua gaudet libertate, reliquæ vero ſubiectæ ſunt Ducum poteſtati. Verum dantur adhuc in Saxonia plures, vtpote *Merſeburgum,* & in vicinia noſtra *Thorenburg, Teſte* DITHMARO *lib.II.pag.368. de Henrico II.* In Franconia erat *Palatium ad Salam,* iam Caroli M. temporibus clarum, *Teſte* EGINHARDO *Annal. ad Annum 790.* In Sueuia *Conſtantia,* & in Bauaria *Ratisbona, illuſtr.* PRÆS. *in Synt. Iur. Publ. cap. IX.* §.*VI.* quæ vrbes olim omnes immediatæ erant, cum natura Palatinatuum aliter non poſtularit, licet præſertim Saxonicæ atque Bauaricæ Palatinatuum vrbes, in Territoriis clauſis, vti amant loqui, fuerint ſitæ. Accedit & hoc, Thuringiæ Landgraffiatus inter Territoria clauſa refertur, cum tamen in dicta terra ſitæ ſint duæ Ciuitates Imperiales, Northuſa ſcilicet atque Muhlhuſa; præterea etiam domus Schvvarzburgica Feuda nonnulla a Cæſare, Imperio atque Rege Bohœmiæ recognoſcit, licet in reliquis, Iuribus Landgraffiatus ſit ſubiecta. Goslaria quoque vndiquaque circumdata eſt terris Sereniſſimo Duci Brunſuico Luneburgenſi parentibus: Verum hæc ſeparatum atque clauſum conſtituit Territorium in ſuis ditionibus, a Territorio Brunſuicenſi

plane

plane diſtinctum; pari modo etiam Hamburgum non agnoſcit Superioritatem Territorialem Ducum Holſatiæ, licet in Holſatia ſit ſitum. Facile ergo eſt ad intelligendum ex hactenus dictis, diſtinctionem inter Territoria clauſa & non clauſa eſſe inanem nulliusque momenti, ſed potius dicendum, regulariter cuiuslibet Status Imperii Territorium præſumi clauſum eſſe, donec probetur contrarium atque exemptio.

§. XVI.

Dicitur vero clauſum Territorium, cuius finibus quicquid continetur vel ratione Perſonarum vel ratione Bonorum, Territoriali poteſtati vnius Domini ſubeſt. Ad hanc meam ſententiam corroborandam faciunt ſequentia argumenta. *Primo* demonſtrari hoc poteſt ex iure Territorii, dum omnia quæ ſunt in Territorio ſubſint etiam regulariter Territorio, quam Iurisdictionem Doctores, præprimis BESOLDVS, ſtrenuus alias Nobilitatis immediatæ libertatis Defenſor, *de Ordine Equeſtri* §. *V.* & KNIPSCHILD *de Nobilitate*, adeo extendunt, vt etiam Nobiles immediati in Status Territorio delinquentes aut contrahentes, eorum forum agnoſcere neceſſe habeant, cum in propatulo ſit, quod omnia, quæ intra alicuius Territorii ſepta continentur, ea in ipſius Domini patrocinio & Iurisdictione eſſe præſumantur, adeoque vigore iuris Superioritatis Territorialis in omnia Bona, omneſque Subditos ac Perſonas in Territorio commorantes ſiue incluſas, vniuerſalem Iurisdictionem habeant, *vid. L. XXIX. & XXX. ff. ad Municipal. & L. I. §. IV. ff. de Offic. Præf. Vrb. & in Commentario ad hanc Legem* BRVNNEMANN, *& Doctores ibi allegati;* MAGE-

338

Digitized by Google

RVS *de Aduocatia armata, cap. VI. num. 540. & cap. IX. num. 657.* REINKING. *de Reg. ſecul. & eccleſ. Lib. I. cl. V. cap. I. num. XXIV. &* KNIPSCH. *de Iure Ciuit. Imp. Lib. I. cap. XII. num. XCIII.*

§. XVII.

Effectus igitur iuris Territorii primarius eſt, præprimis in Ducatibus ac Principatibus, Landſaſſiatus, *de quo vid.* SCHILTERI *diſſ. de Landſaſſiis, quæ extat in Praxi Iuris Rom. in foris Germaniæ:* Nam quicunque in clauſo Territorio eſt Vaſallus, præſumitur etiam Subditus, adeo quidem, vt omnes domicilium aut immobilia habentes vel poſſidentes, ad Homagium præſtandum teneantur, & tanquam Subditi in ius vocari queant. Verum cum hæc præſumptio tantum ſit iuris, non de iure, ideoque etiam contrariam admittit probationem. Omnimodo ergo, vniuerſalis ac illimitata Iurisdictio ſeſe diffundit in omnia per vniuerſum Territorium, & nullus alius ius quæſitum exercet in illo, cunctosque effectus Territorii capit ſolus Princeps, & in ditionibus ſuis Ciuitates Imperiales; hinc omnes cauſarum ſpecies in iſto Territorio obuenientes, ciuiles & criminales, reales & perſonales, iudicii tam poſſeſſorii quam petitorii, vel in primo vel vlteriori appellationis gradu, coram iudicio Domini Territorii debent ventilari, REINKING *de Reg. ſec. & eccleſ. loco citato num. XXV.* Ex his vero infertur vlterius, quod Iurisdictio vniuerſalis, quam quis in Territorio aliquo iuncluſo habet, regulariter ſe extendat ad prædium ſingulare vel ſubditum tertii, quia ſub Territorio cenſentur omnia tranſlata, quæ ſub eo continentur; vid. WESENBEC. *conſilio*

Digitized by Google

lio LXXVIII. & hinc etiam in vno angulo Territorium poteſt exerceri ſecundum ſingula ſua iura, MATH. STEPHANI *de Iurisdict. Lib. I. cap. XXXVI. num. III.* Qui enim fundat ſe in toto, in qualibet etiam eius parte ſiue rebus Singularibus ſe fundet neceſſe eſt, *arg. L.76. ff. de Rei Vind.* & qui in eiusmodi Territorio aliquos exercet actus, Territorium violare dicitur, vid. GAIL. *de P. P. cap. XVI. num. XXVII.*

§. XVIII.

Idem etiam obtinere in locis adiacentibus, vicinis & finitimis, locum enim vicinum eiuſdem cenſeri iuris, quo reliqua iura vicina, tradit REINKING *loco iam citato num. 31. &* KNIPSCH. *de Iur. Ciuit. Imper. Lib. I. cap. I. num. 78.* Vnde etiam id quod in finibus eſt poſitum præſumitur eſſe vicini, & ius Superioritatis ad eum pertinere intelligitur, cuius Territorium limites attingunt, *vid. L. 10. Cod. de Euictionibus*, & MASCARDVS *de probat. concluſ. 217. num. 10.* aſſerit, loca contentioſa intelligi debere eſſe de illo Territorio, cui magis ſunt propinqua, atque hoc adeo procedit, vt Doctores concludant, iuxta tritam atque vulgatam tam in ſcholis quam in foro receptam regulam: quemlibet Statum Imperii in Territorio ſuo poſſe tantum, quantum Imperatorem in toto Imperio, ſolis Imperatoris reſeruatis exceptis, hæc enim ad ſplendorem, Maieſtatem ac Authoritatem Imperatori tanquam Capiti ſunt reſeruata: procedit ergo hoc axioma ſolum in iuribus territorialibus & realibus, non vero Imperialibus, prout de vſu huius axiomatis *ſingulari Tractatu egit* HVLDERICVS ETBENIVS.

§. XIX.

Digitized by Google

§. XIX.

Quia vero aſſertum fuit, quemlibet Statum Imperii in ſuo Territorio atque diſtrictu tantum poſſe, quantum Imperator in toto Imperio poteſt, hinc firmitèr concludo, competere etiam hoc ius omnibus ac ſingulis Ciuitatibus Imperialibus, quia Statuum numero veniunt, cui ſententiæ omnes fere Doctores, paucis Ciuitatum Imperialium oſoribus exceptis, adſtipulantur, illos magno numero recenſet KNIPSCHILD *de Iur. Ciuit. Imper. Lib. II. cap. I. num. II.* vbi tandem concludit, Principes, Duces, Comites, Barones, etiam Nobiles Imperio immediate parentes, in ſuis Territoriis, ditionibus & diſtrictibus, tantum poſſe, quantum Imperatorem in toto Imperio. Quod Politici in vernacula noſtra exprimere ſolent: *Das ein ieder Fürſt, Graff, Herr, Freyer von Adel und Reichs-Stadt, Kayſer in ſeinem Land und Stadt ſeye*, donec probetur exemptio, vel priuilegio, vel quod ei æquiualet, immemoriali tempore quæſita, ex notoria rei euidentia vel teſtibus vel documentis.

§. XX.

Ad theſin, Ciuitatum Imperialium Territoria clauſa eſſe, corroborandam, facit *Secundo* mos ille inveteratus, quod Ciuitates olim Imperiales fines ſeu limites Territorii certis concluſerint ſignis, *daß ſie um ihre Grantzen einen Haag, Gebage, eine Land-Wehr, Linien, Creutz oder Seulen zu machen pflegen.* Fines ſeu limites vero, quorum mentionem fecimus, ſunt quaſi ſepimentum, ſecundum quod determinantur & deſignantur fines Iuriſdictionis atque Territorii. Vid. REINKING

Lib.

Digitized by Google

Lib. V. cl. V. cap. I. num. 23. qui limites multiplicem habent differentiam, de quibus vid. KNIPSCHILD *de Iur. Ciuit. Imper. Lib. II. cap. V. num. 216.* Hoc vero loco ſaltim conſiderandi veniunt ii, qui dicuntur *Land Gräntzen*, & deſignantur vel ab homine vel a natura. Priores, quos etiam nonnulli artificiales vocant, ſunt varii generis, vt arbores ſignatæ, lapides inſigniti, columnæ terminales &c. *aufgemaurte und andere Marckſteine, Säulen, Creutz, Zwing-und Bann-Steine, vid.* STRYKII *V. M. Lib. X. tit. I. §. V. ſeqq.* Poſteriores vero, plerumque ſunt immutabiles, vt ſyluæ, flumina, foſſae, montes, valles &c. Quicquid igitur limitibus hiſce circumſcribitur, Territorii illius Domino ſubiectum intelligitur; propterea enim conſtituunt termini limites, vt, vbi terminaretur finireturque Superioritatis Territorialis ius, euidentius intelligatur, *vid. L. XI. ff. Fin. regund. & L. 239. §. 8. de Verb. Signif.*

§. XXI.

Exempli loco adduci poteſt Hala Sueuorum, atque Francofurtum ad Mœnum, quæ Ciuitates Regiones atque Territoria ſua viuo ſepimento, *mit einer Landwehr oder Landhaag* circumſepta atque circumdata, poſſident, *vid.* ZEILERVS *in addit: ad Chron. Sueuic. voce Hall. pag. 542.* vbi ait: *Territorium Hallenſe ab Incolis vocari der Roſen-Garten,* id quod ſpeciali Privilegio etiam confirmauit Maximilianus I. & Carolus V. quæ exhibet LÜNIG *im Reichs-Archiv Part. Spec. Cont. IV. XXII. Abſatz. num. XV. & XVII.* De Rotenburgo ad Tubarim atteſtatur KNIPSCHILD *de Iur. Ciuit. Imper. Lib. III. c. 46. num. 39.* Imperatorem Maximilianum I. 1507. omnia Priui-

340

Digitized by Google

legia ac iura, præſertim vero ea, quæ in confinibus circumſepta, turres, & quoad ius venandi, videlicet *die Landwehren mit Thürnen, Riegel, Gräben und kleine Weidwerck*, longiſſimo tempore obtinuit, confirmaſſe. Idem quoque factum Muhlhuſæ, vbi totus diſtrictus ſeu Territorium, *mit einer Landwehr umgeben, zuſehen iſt*. Pari modo etiam Ciuitas Imperialis Dunkelsbuhla ab Imperatore Friderico III. certum conſequuta eſt diploma, vi cuius huic Ciuitati ius competit Iuriſdictionem atque Territorium ſuum certis deſignare ſignis, *auszumarken oder mit einer Landwehr zu umgeben*, ipſum diploma invenitur apud LVNIGIVM *im teutſchen Reichs-Archiv Part. ſpec. Cont. IV. XII. Abſatz num.32.* Idem etiam obtinet Northuſæ, ex ſpeciali Priuilegio, ab Imperatore Sigismundo Anno 1436. Ciuitati conceſſo, LVNIG. *loco citato Part. II. XXXIV. Abſatz num.10.* Sic quoque chariſſima mea Patria ab Imperatore Friderico III. Priuilegium impetrauit, vi cuius ius habet Territorium ſuum quouis munire modo. Verba Priuilegii huc facientia inſerere lubet, ex LVNIG. *Reichs-Archiv Cont. IV. part.II. XXIII. Abſatz num. 38. daß auch die Genanndten von Nördlingen, zu Aufnehmen, Behaltung und Nutz derſelben Stadt, Graben, Vorwerck, Zwang, Thürn, Paſteyen, Planken, Schranken, und andre Beſeſtigung bauen und machen ſöllen und mögen &c.* BESOLD. & SPEIDEL. *ſub voce Grantzen, Land-Grantzen &c.*

§. XXII.

Peruenimus iam ad tertium atque palmarium argumentum, nempe Superioritatem Territorialem, quam etiam Ciuitates Imperiales habere, contendit

dit poſt varios multosque Doctores *illuſt.* PRÆSES *in Synt. Iur. Publ. cap. XXI.* §. *XXXII*, licet multi ſint, qui Ciuitatibus Imperii hoc ius denegent; inter quos primarium occupat locum ANDREAS KNICHENIVS, in libro quem inſcribit, *de ſublimi & regio Territorii iure* non ſolum, ſed etiam in *Velitatione Apologetica*, vt & TENNAGELIVS *de Proceſſ. decern. cl. I. cap. X. num. III.* nec non *Compilator deciſionum & praeiudic. Camer. apud* GYLMANNVM *Symph. tomo III.* verb. *Ciuitatis Imperialis*, vbi dicit: *Semper ego fui in illa opinione, quod Ciuitates Imperiales non habeant die Hohe Landesfürſtliche Obrigkeit, ſed quod illa reſideat penes Imperatorem, multique alii Catholici mecum tenuerunt hanc opinionem*, cui adſtipulatur OCKELIVS *in diſcurſu de regali Poſtarum iure.*

§. XXIII.

Quamuis autem Ciuitates Imperiales gaudeant Superioritate Territoriali omnimoda, negandum tamen non eſt, diuerſa Iura Imperatores ſibi reſeruaſſe, inter quæ potiſſimum referendæ Steuræ Imperiales ſeu Collectæ, *die Reichs-Steuren*, nec non vectigalia atque telonia aliaque, quæ iura nomine Imperatorum exercebant Præfecti Iuſtitiæ ſeu Imperiales, *die Reichs-Vögte, und Reichs-Schuldtheiſen*; horum autem officium non erat vnum idemque, ſed pro diuerſitate Ciuitatum earumque Priuilegiorum variabat, *vid. illuſt.* PRÆS. *Synt. Iur. Publ. cap. XXI.* §. *XXII. XXIII.* In nonnullis enim exercebant tantum criminalia, & hi dicebantur Præfecti Imperiales, in nonnullis vero ciuilia, qui dicti ſunt Sculteri, vid. DANIEL HEIDERVS, Vir rerum Germanicarum peritiſſimus, in libro, *von den alten Reichs-Vog-*

C 2 *teyen,*

341

Digitized by Google

teyen, SPEIDELIVS & BESOLDVS *in theſ. pract. ſub voce Reichs-Vogt.* Licet pleræque Ciuitates, poſtquam ſeſe a Præfectis atque Sculcetis Imperii liberaſſent, ſibi ipſis hæc iura adquiſiuerint, vel ex Priuilegio Imp. vel pretio interueniente, pleræque etiam a Collectis Imperii factæ fuerint immunes.

§. XXIV.

Origo Superioritatis Territorialis autem cœpit, extincta cum Ludouico IV., quem alias Infantem vocant, Anno 911. Carolingorum familia. Nam, poſtquam Conradus I. in Regem electus fuiſſet a Ducibus Germaniæ, quorum Hiſtorici V. numerant, Conradum in Franconia, Ottonem in Saxonia, Arnulphum in Boioaria, Burkardum in Sueuia & Giſelbertum in Lotharingia, hi paulo poſt Regi ſuo, ipſorum olim æquali, inuidebant, eique rebelles extitere, atque Conradum eo adegere, vt Ducibus ſub feudi lege propriam in Ducatibus poteſtatem concedere cogeretur. Et hinc origo petenda eſt dignitatum in Imperio hæreditariarum, vt Duces non amplius eſſent Gubernatores atque Adminiſtratores Ducatuum, ſed propriam adepti ſint Poteſtatem, ſub nexu tamen vaſallitico; nam ante hæc tempora Principum, Ducum aliorumque Officialium dignitas ab arbitrio Imperatorum dependebat, nec ad hæredes tranſitoria erat, vid. *Lehm. Chron. Spir. Lib. II. cap. XXI. XXII. & XXIII.* Acquiſita iam hac Poteſtate, nondum tamen erat omnimoda, reſeruantibus ſibi iura belli & pacis Imperatoribus, quod exinde patet, quia Scriptores coæui dicunt: Principes Germaniæ Regi Conrado rebelles fuiſſe factos, quod fieri haud potuiſſet, ſi tum temporis iam habuiſſent

ſent iura belli & pacis; decreſcente vero Imperatorum Poteſtate ſub Henricis, ſenſim ſibi hæc iura vindicarunt noſtri Principes, quos ſecuti ſunt Epiſcopi; Imperatores enim, ex ſingulari deuotione erga Religionem, Comitatus integros ac multos fundos vna cum Territorii iure & Poteſtate ſeculari, eccleſiaſticis concedebant. Sic Otto M. Fratrem ſuum Brunonem Archi-Epiſcopum Colonienſem, Lotharingiæ Ducatu ditauit, tituloque Ducis inſigniuit, vt ſub hoc glaucomate iura Territorialia exercere poſſit; hunc Ottonis Succesſores fuerunt imitati, ampliſſima Clericis Territoria concedentes. Durante vero Interregno, & accedente bello tricennali, omnia Superioritatis iura, Duces, Principes ac Comites, qui Duces ſunt imitati, Poteſtatem iudiciariam ac Iurisdictionem ſibi propriam reddiderunt, & tandem inſecuta Anno 1648. Pace Weſtphalica art. VIII. §. I. omnia hæc iura, tanquam lege pragmatica, ac perpetuo valitura, omnibus ac ſingulis Statibus Imperii, ſic etiam Ciuitatibus Imperialibus, ſtabilita, atque in Capitulationibus, nempe Ioſephina art. III. & Carolina art. I. fuerunt confirmata.

§. XXV.

Quo vero tempore Ciuitates Imperiales iura Superioritatis acquiſiuerint, hoc adeo clarum & euidens non eſt, nec vnius Imperatoris conceſſioni, ſed multorum annorum, imo ſeculorum lapſui, adſcribendum. Quantum quidem ex Principiis hiſtoricis colligere licet, dicendum, originem, ceſſantibus in Ciuitatibus Imperialibus Aduocatis nec non Præfectis Imperialibus, & ſic longo interuallo poſt Principes aliosque Status, quærendam

342
Digitized by Google

dam eſſe, vid. MYLER. *in Archologia Ordin. Imp.* Succeſſu denique temporis, alia Ciuitas citius, alia tardius facta eſt immediata, vel Priuilegiis ac exemptionibus contra Advocatos ab Imperatoribus fuit decorata, vsque dum omnes ad eam plenitudinem attigerint, in qua hodie conſpiciuntur, donec tandem omnia earum iura ac Privilegia, per Pacem Weſtphalicam confirmarentur, non ſolum ſub generali nomine Statuum in Art. VIII. §. I. ſed ſpeciatim quoque Ciuitatibus Imperialibus proſpectum fuit in *Art. VIII.* §. *IV.* vbi: *Tam in vniverſalibus vero quam in particularibus diatis, liberis Imperii Ciuitatibus, non minus quam cæteris Statibus Imperii, competat votum deciſiuum, iisque rata ac intacta maneant Regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, Priuilegia confiſcandi, collectandi & inde dependentia, aliaque iura ab Imperatore & Imperio legitime impetrata, vel longo vſu ante hos motus obtenta, poſſeſſa & exercita, cum omnimoda Iurisdictione intra muros & in Territorio.*

§. XXVI.

Licet vero ius Superioritatis Territorialis Ciuitatibus Imperialibus nulla ratione, nulloque iure poterit denegari, multa tamen ſunt, ſed non magni ponderis, quæ Ciuitatum criminatores, ad vellicanda earum iura conſarcinant: Leuidenſe admodum eſt, quod plenis protrudunt buccis, Ciuitatum Imperialium ditiones, in Ducatus, Principatus, Marchionatus, Comitatus ſeu Prouincias, Regalia annexa habentes, euectas non eſſe, nec feudi lege eas ab Imperatore teneri, nec cum Regalibus ampliſſimisque clauſulis, *mit Landesfürſtlicher Obrigkeit, mit aller Hoch und Herrlichkeit*, eas inueſtiri, quod tamen

tamen in Ducatibus, Principatibus &c. obtineat. Sed reſpondetur, non præciſe requiri, vt Ciuitatum Imperialium ditiones, regalem aliquam dignitatem habeant annexam, ſufficit enim, ſi poſſident, iuxta tenorem Pacis Weſtphalicæ, proprium Territorium atque diſtrictum. Nam multi reperiuntur Comites, veluti Hannouienſes, Limburgenſes, atque Barones, qui fere nulla feudalia ſed allodialia poſſident bona, de quibus *illuſtr.* PRÆSES *in Diſſertatione de Allodiis Imperii* §. *39. & ſeqq. plenius egit*, nihilominus tamen gaudent iure Territoriali. E contrario poteſt quis eſſe Comes vel Baro, & habere Comitatum vel Baronatum, cui annexa ſemper eſt regalis dignitas ſub alterius Principis Territoriali Superioritate, & tamen deſtitui Superioritate, *iuxta R. I. de Anno 1548.* §. *wiewohl auch in der Regierungs-Handlung.* Præterea diſtinguendum eſt inter iura Principis regalia & perſonalia, ita, vt Ciuitates Imperiales non quidem gaudeant iuribus Principum perſonalibus ſiue principali dignitate, bene tamen realibus, ratione ſcilicet rerum ac diſtrictuum ſiue Territoriorum, quæ ab Imperatore & Imperio immediate tenent, KNIPSCHILD *Lib. II. cap. IV. num. 18.* REINKING *de Regim. ſecul. & eccleſ. Lib. I. cl. V. cap. II. num. 43. &* COTHMANNVS *volum. II. reſp. XXIX. num. 523. ſeqq.* multis probat rationibus, Ciuitates Imperiales pari paſſu cum Principibus ac Ducibus Imperii ambulare. Hæc vero Superioritas variat ratione ſcilicet ſubiectorum, quibus inhæret, in Principe enim dicitur *Landesfürſtliche*, in Comite *Gräffliche*, in Ciuitate *Stadtiſche Hohe Obrigkeit*, *Hohe Landes-Obrigkeit*, *Ober-Landes-Herrlichkeit*, *vid. illuſt.* PRÆS. *Synt. Iur. Publ. cap. XXVI.* §. *XIV.*

§. XXVII.

343

Digitized by Google

§. XXVII.

Secundo vrgent Antagoniſtæ, quod Superioritas Territorialis, a potiori ſemper appellari ſoleat, *Landesfürſtliche Hoheit*, quæ ſine Principatus iure exerceri haud poſſit, quia vero Ciuitates Imperiales deſtitutæ eſſent iure Principatus, ideoque de iis non poſſe dici, quod Superioritatem habeant. Sed hoc negotium nobis nil obeſt, nam ſi Princeps eam exercet, concedo hoc nomine venire, ſecus vero, ſi Comes vel Ciuitas. Nam, ſi per iura Principatus intelliguntur iura Principis, quæ in hoc conſiſtunt, vt quis in ſuo diſtrictu & in ſubditos poſſit id, quod Imperator poteſt in vniuerſo Imperio, ſaluis eius reſeruatis, tunc vtique & Ciuitates Imperiales iure Principatus vtuntur, hoc eſt, poſſunt in ſuo diſtrictu, quod Imperator in vniuerſo Imperio; ſiquidem Ciuitates Imperiales non tantum iura Principum habent, & Iurisdictionem proprio iure exercent, ſed etiam generica Principum definitione continentur, vti ſpecies ſub ſuo genere, prout obſeruauit GAILIVS *II. obſerv. 57. num. 7. de Pace publ. cap. VI. num. XI. & in Tractatu de Arreſtis cap. IX. num. I.* Secus vero ſe res habet, ſi per iura Principatus intelliguntur iura Principis perſonalia, his enim Ciuitates Imperiales deſtitutas eſſe, §. præcedente demonſtratum dedimus; nam nomen non mutatur ab exercente & tenente Superioritatem, ſed a natura ſua, id eſt, a qualitate Status; qui enim Status eſt Imperii, illum Superioritatem quoque habere neceſſe eſt; nam hæc eſt propria affectio & eſſentiale conſecutiuum ciuis immediati, & maxime Status, conſequenter & Ciuitatis Imperialis, ita vt poſita vel negata qualitate ciuis immediati

mediati & Status, ponatur vel negetur etiam ius Territoriale, & vice verſa, vti ait DN. SCHWEDER *in Introduct. in Ius publicum. Part. ſpec. Sect. II. cap. I. §. X.*

§. XXVIII.

Tertio obiicitur, Ciuitatum Imperialium ciues non ſolum obſtrictos eſſe, Imperatori ſacramentum præſtare, ſed etiam nonnullis Principibus, præprimis vicinis ad annuum cenſum, ſimilesque præſtationes eſſe obligatos; imo Principibus etiam quandoque competere in ipſis Ciuitatibus harumque Territoriis, iura quædam haud exigua, veluti Ius venandi, Gladii, conducendi, &c. Verum, iuramentum hoc nullam plane inuoluere ſubiectionem, aut dominationem Superioritatis Territorialis, expediti apud Doctores iuris eſt; præſtant enim ſolummodo iuramentum, vt earum fides erga Imperatorem & Imperium eo certior atque firmior ſit: Nam ſicuti reliquorum Statuum libertati, videlicet Electorum, Ducum ac Comitum nexus vaſalliticus nihil detrahit, ita nec iuramentum Ciuitatum Imperialium.

§. XXIX.

Hinc quoque iura, quæ Principes nonnulli in quorundam Ciuitatum Imperialium Territoriis exercent, libertati earum nihil detrahunt; habent enim originem ſuam ex Pactis, Transactionibus vel Præſcriptionibus, nihilque aliud ſunt, quam Seruitutes Iuris Publici, quibus æque ac aliis ſeruitutibus vicinitas occaſionem dedit, ac in multis Ciuitatibus reliquiæ ſunt Præfecturarum & Aduocatiarum Imperii, ſpecialique nomine etiam dicuntur Regalia, quæ multis a Superioritate Territoriali differunt modis; nimirum, *primo* ratione ſubiecti,

344

Digitized by Google

nemo enim, niſi Status Imperii, Superioritatem acquirere poteſt, Regalium vero etiam Landſaſſii ſeu mediati ſunt capaces, vid. MING. *de Super. territ. concluſ. XII. Secundo* differunt ratione obiecti, nam Superioritas Territorialis eſt quaſi totum, quod plura Regalia ſub ſe comprehendit. *Tertio* differunt ratione modi, Regalia enim absque Territorio eſſe poſſunt, minime vero Superioritas Territorialis. *Quarto* ratione originis, Superioritas Territorialis enim ſolum ab Imperatore & Imperio deſcendit, Regalia vero etiam Status concedere poſſunt, *vid. Rec. Imp. de Anno 1576.* §. *dadurch dann;* in Statibus Imperii vero Regalia & Superioritas plerumque commiſcentur, adde WEHNER. *in Theſ. pract. voce Herrlichkeit.*

§. XXX.

Licet vero Principes vicini in Ciuitatibus Imperialibus huiusmodi iura, Pacto, Transactione, Præſcriptione, vel alio modo, ſeu titulo legitimo obtinuerint, inde tamen ad vniuerſalem ſubiectionem ac iura Territorii argumentum haud procedere, communis eſt Doctorum concluſio, KNICHEN *in velit. apolog. num. 213.* & KNIPSCHILD *de Iur. Civ. Imp. Lib. I. cap. XII. num. 123.* Nam, a iuribus particularibus ſeu ſpecialibus, ad ius Territorii inferre minime licet, quod vno alteroue exemplo erit illuſtrandum. Si enim ab exercitio nonnullorum iurium, tertio quodam in alieno Territorio competente, concludere liceret ad ius Superioritatis Territorialis, ſequeretur, Electorem Palatinum, vi iuris Wildfangiatus, ius Superioritatis Territorialis habere in omnibus Prouinciis ac Territoriis Rheno vicinis, quod vero

Digitized by Google

vero nunquam dixerim? Idem quoque eſt cum iure conducendi, quod Saxoniæ Ducibus competit in Territorio Ciuitatis Erfurtenſis, immo per ipſam Ciuitatem: Idem exercet Wurtenbergicus Dux, per Imperialem Gemundam & Territorium Ciuitatis Eslingenſis, ſalua nihilominus omnium Superioritate Territoriali manente, *vid. illuſt.* PRÆS. *Synt. Iur. Publ. cap. XXVI.* §. *VI.*

§. XXXI.

Sic quoque a iure venandi, vel Iurisdictione foreſtali, quam quis habet in alieno Territorio, ad ius Territorii, argumentum ſumi nequit. Hoc quidem regulariter Domino Territorii competit, vna cum Iurisdictione foreſtali, ſæpius tamen etiam aliis conceditur, & quidem, vel titulo lucratiuo; vel etiam oneroſo, nonnunquam acquiritur & præſcriptione; verum, acquiſito hoc venandi iure, tamen præter hoc nullum alium actum Iurisdictionalem exercere poteſt, & ne quidem a iure venandi ad ius foreſtale argumentari licet, cum nihil aliud acquiſitum, quam quædam iuris publici ſeruitus; has vero ſtricti eſſe iuris, expediti inter doctores iuris eſt, KNIPSCHILD *Lib. II. cap. VII.* §. *17.* Patet ergo, atque manifeſtum eſt, quod neque ius venandi, neque tota foreſtalis Iurisdictio, in alieno Territorio Superioritatem Territorialem tribuat.

§. XXXII.

Quarto obiiciunt Antagoniſtæ, quod Ciuitates Imperiales non adeo magna habeant Territoria, quemadmodum Principes, aliique Imperii Status, imo earum Iurisdictio in nonnullis vix extra muros ſe extendat. Hinc cum non gaudeant Territoriis, ſequi debere, eas

D 2 quo-

Digitized by Google

quoque deſtitutas eſſe Superioritate Territoriali; Superioritas enim a ſuo ſubiecto, id eſt, Territorio nomen eſt ſortita, & ſine eo ſubſiſtere nequit. Verum parum intereſt, an magnum quis poſſideat Territorium an paruum, cum magnum & paruum ſub eadem iuris appellatione veniant, iuxta *Leg. 20. Cod. de Appellat.* Superioritas enim Territorialis non æſtimanda venit a magnitudine, ſed ab immedietate, & ſufficit, ſi Ciuitates Imperiales, cum ſuo, licet exiguo diſtrictu, neminem pro Superiore præter Imperatorem agnoſcant, tunc enim eiusmodi Ciuitati Superioritas denegari haud poteſt: Territorio enim immediate adhæret Superioritas Territorialis, ſicuti nebula ſuper paludem, *vid.* KNIPSCHILD *Lib. II. cap. IV. num. 8.* Vt iam nil dicam de iis Ciuitatibus, quæ ſatis ampla ac magna Territoria, imo integros Comitatus ac Baronias poſſident, vti Tremonia, Vlma, Noriberga, Hamburgum, &c.

§. XXXIII.

Quinto dicunt atque inſtant Aduerſarii, Ciuitates Imperiales non poſſe demonſtrare titulum, ex quo talia iura habeant, & in tota Sueuia nullam eſſe, quae Territorium ſuum absque ſpecialibus titulis poſſit demonſtrare, prout Virum magni nominis aſſeruiſſe, refert AVCTOR *Actorum Lindav. fol. 73. §. nichts deſtoweniger.* At reſpondetur, Ciuitates Imperiales cogi non poſſe, vt poſſeſſionis titulum edant; deinde pro titulo ipſis eſt conceſſio Imperatoris, tanquam fontis omnium dignitatum & Iurisdictionis, ex quo ſolo omnem Poteſtatem Territorialem & Superioritatem promanare, extra omnem dubitationis aleam eſt poſitum.

Con-

Digitized by Google

Conceſſio vero Ciuitatibus Imperialibus facta eſt, aliis titulo oneroſo, aliis etiam lucratiuo, prout videre licet apud LEHMANNVM *in Chron. Spir. paſſim;* deinde acquiri etiam poteſt Superioritas Territorialis, Præſcriptione immemoriali, *Teſte* KNICHENIO *de Iure Territ. cap. III. num. 118.* ſicuti enim Territorium Præſcriptione acquiri poteſt, ita etiam Superioritas Territorialis, REINKING. *de Reg. Secul. & eccleſ. Lib. I. cl. V. cap. II. num. 16. &* KNIPSCHILD *de Iur. Ciu. Imp. Lib. II. cap. V. num. 53.* ita quidem, vt ſi contra Imperatorem præſcribatur, immemorialis temporis lapſus requiratur, *per R. I. zu Augſpurg de anno 1548. §. wann auch & 1556. §. Hätte aber der ausgezogene & 1559. §. wo aber innerhalb menſchen Gedencken.* Sed vt mittam hæc omnia, ſufficit, quod in Pace Weſtphalica Art. VIII. §. IV. expreſſis verbis omnibus Imperii Ciuitatibus, Territorium intra & extra muros conceſſum ſit atque confirmatum. Patet ergo ex hactenus dictis, nullo modo nullaque ratione Ciuitatibus Imperialibus ius Superioritatis Territorialis denegari poſſe, quod iisdem etiam vindicauit DN. HEILBRONNER, *in diſſ. ſua inaug. de Superioritate Territoriali Ciuitatum Imperialium, ſub præſidio illuſt.* DN. WILDVOGELII *habita.*

§. XXXIV.

Sed quæritur hac occaſione, num liberæ ſaltem Ciuitates Imperiales, *die freye Reichs-Städte,* Superioritate Territoriali gaudeant? DN. HEVSS. *in diſſ. ſua inaug. de diſpari nexu Ciuitatum Imperialium ſub præſidio* DN. LVDWIGII *habita diſtinguit cap. VII. §. IV.* inter Ciuitates liberas Imperiales, & ſimpliciter Imperiales, atque aſſerit,

346

Digitized by Google

quod iſtis quidem conceſſa ſit Superioritas Territorialis, hic vero non æque. Cui ſe oppoſuit DN. RAV, *in diſſ. ſua inaug. de Pari nexu Ciuitatum Imper. ſub præſidio* DN. SCHWEDERI ventilata, in qua demonſtrauit, omnes Ciuitates liberas eſſe, nulliusque momenti eſſe diſtinctionem inter Ciuitates Imperiales liberas, atque Imperiales ſimpliciter tales, cui etiam adſtipulatur *illuſt.* PRÆS. *in Synt. Iur. publ. cap. XXVI. §. XIX.* Denotat vero heic libertas ſeu liber, Statum ſiue conditionem, vi cuius quis ab aliorum Poteſtate & ditione liber & exemptus, Imperatori ac Imperio immediate eſt ſubiectus: Et ſic in concreto ipſum ſacrum Romanum Imperium liberum audit, vti illud vocat Philippus, Haſſiæ Landgrauius apud HORTLEDERVM *de cauſ. Bel. Germ. Lib. IV. cap. V.* In abſtracto liberi vocantur, Electores & Principes, Comites & alii Status, *die Freye Reichs-Fürſten, Freye Reichs-Graffen, Freye Herrn, Freye Reichs-Ritterſchafft;* & hoc termino etiam Ciuitates Imperiales liberæ dicuntur, *die Freye Reichs-Stædte*, non quod omnino libertate fruantur, aut ab omni obligationis aut fidei vinculo immunes, & ab Imperii & Imperatoris Iurisdictione exemptæ ſint, ſed quod ab Electorum, Principum, Comitum & aliorum Statuum Iurisdictione & exactione liberæ exiſtant, & Imperatori & Imperio immediate pareant, vnde etiam immediatæ appellantur. Vid. KNIPSCHILD *de Iur. Ciuit. Imper. Lib. I. cap. II. num. 13.*

§. XXXV.

Inquirendum ergo iam venit, quomodo res ſe habuerit olim cum diſtinctione, inter Ciuitates Imperiales liberas, & ſimpliciter Imperiales, *zwiſchen Freyen Reichs-*

Stæd-

Digitized by Google

Stadten und Reichs-Stadten, &, num hæc diſtinctio adhuc hodie obtineat? Magna inter iuris Publici Doctores diſceptatio agitur, an nimirum diſtinctio illa, *Freye und Reichs-Stadte*, importet differentiam aliquam realem, & vnde illa ſit petenda, an vero ſolummodo verbalem? Qui prius aſſerunt, in diuerſas abeunt ſententias. Quidam enim differentiam illam ab immunitate tributorum, aliorumque Imperii onerum deſumunt; alii ab inſignibus, easque vocare ſolent *Freye Reichs-Stadte*, quæ totam aquilam, vel ſaltem aliquam eius partem gerunt; alii denique eas *Freye Reichs-Stadte* dicunt, quæ a prima ſua origine nullum alium Superiorem, præter Imperatorem agnouerunt. Imperiales, *Reichs-Stadte* vero vocant, quæ Imperio immediate quidem ſubſunt, ratione tamen certorum iurium ac redituum, etiam certis Statibus ſubiectæ. Verum, cum differentiæ hæ partim ſint accidentales, partim vero in effectu conueniant, ideoque illas reales eſſe neutiquam ſtatuendum; nam omnes Ciuitates immediata perfruuntur ſubiectione, nec iugo alicuius Principis ſunt ſubiectæ, ſed ſolum Imperatorem & Imperium Superiorem agnoſcunt. Et licet vna vel alia maioribus priuilegiis ſit honorata, inde autem differentiam realem euincere velle, perquam abſurdum eſt. *Illuſt.* PRÆS. *in Synt. Iur. publ. diſſ. 21. §. 16.*

§. XXXVI.

An vero adhuc hodie hæc diſtinctio locum habeat, non immerito quis dubitare poſſet, maxime cum apertum ſit, diuiſionem hanc omni deſtitui fundamento, nullaque in lege fundamentali contineri; imo Ciuitates, quæ dicebantur *Freye Reichs-Stadte*, ſimpliciter poſtea dicun-

Digitized by Google

dicuntur *Reichs-Stædte, in der Regiments-Ordnung zu Augſpurg* de Anno 1500. ſub titulo: *Wie zwanizig Perſohnen in das Regiment genommen ſeynd &c.* verb. item: *ſollen auch alle viertel Iahr zwo redliche verſtandige Perſohnen, die ietzt aus denen hernach benandten Stædten genommen*, & deinceps: *Von der Frey und Reichs-Stædt wegen, im Reichs-Rath ſitzen; nemlich des erſten viertel Iahrs einer von Cœlln, der andere von Augſpurg, des andern viertels Iahr einer von Strasburg, der andere von Lübeck; des dritten viertel Iahrs einer von Nürnberg, der andere von Goslar; des vierten viertel Iahrs einer von Franckfurth, der andere von Vlm &c.* rurſus §. V. dicuntur *Frey und Reichs-Stædte*, vt & §. VI. *Frey und Reichs-Stædte*, aſt in §. VII. reperitur ſaltem *Herrn und Reichs-Stædte &c.* & in Rec. Imp. *zu Augſpurg* de Anno 1532. §. 4. *des H. Reichs Frey und Reichs-Stædte, Bottſchafften und Gewalthaber &c.* in §. V. vero dicuntur ſolum *des H. Reichs-Stædte, Bottſchafften, und Gewalthaber. Secundo* nec Imperator inter eas diſcrimen facit, ſed omnes promiſcue *Vnſere und des Reichs-Stædte* vocat, KNIPSCHILD *Lib. I. cap. I. num. 26.* id quod videre licet de ciuitate Argentorato, quam Ciuitatem D. HEVSS, *in diſſ. ſua inaug.* ſupra iam citata, inter liberas refert, ſed in priuilegio a Maximiliano I. Ciuitati conceſſo, vt ius haberent creandi Doctores, Magiſtros &c. dicitur: *notum facimus omnibus: poſteaquam &c. nobis honorabiles, nobis & S. R. Imperio fideles, dilecti, Magiſtri Ciuium & Senatores, ſeu Primores Ciuitatis Argentinenſis &c.* alterum vero ita ſonat: *Ferdinand der andere &c. bekennen öffentlich mit dieſem Brieffe, und thun kund allermänniglich,*

als

als die Erſame, unſere und des Reichs liebe Getreuen N. Meiſter und Rath der Stadt Strasburg &c. Reliqua vide apud LIMNÆVM *Tomo VII. cap. 3.* in fine; id etiam confirmare videtur *Imp. Rec. nouiſſ.* de Anno 1654. vbi in fine dicitur, *Geben in unſerer und des H. Reichs-Stadt Regenſpurg*, quæ tamen inter liberas Imperii Ciuitates communiter numeratur; *Tertiò* nec Ciuitates hanc diſtinctionem inter ſe curarunt, qua de re apud LEHMANNVM, DATTIVM & KNIPSCHILDIVM plura exempla proſtant; nobis ſufficiat ſolum, per initialia verba nonnullorum inter Ciuitates initorum fœderum, veritatem noſtræ theſeos demonſtrare. Sic tabulæ magni iſtius fœderis de Anno 1384. inter Ciuitates Sueuicas & Rhenanas apud DATT. *Lib. I. cap. 8.* ita ſonant: *Wir die Burgermeiſter, Rate und Bürger gemeiniglich der Stadte, Mayntz, Strasburg und Franckfurth, für uns und alle andere Statt an dem Ryne &c. und och wir, die Burgermeiſter Rate und all Bürger gemeiniglich, der Stadt Augſpurg, Nürnberg und Vlm, für uns und alle andere Statt in Obern- und Nieder-Schwaben*, & apud LEHMANNVM *in Chron. ſpir. Lib. 7. cap. 31.* ſequentia: *Wir die Meiſter, die Rhate und die Bürger gemeiniglich, der Statte zu Mayntz, zu Strasburg zu Worms und zu Speyer &c.* vid. Lib. 7. cap. 51. *apud eundem. Quartò* in Imperii matricula non ſatis certa huiusmodi diſtinctionis apparent veſtigia; & *Quintò* denique genuinus catalogus deficit Ciuitatum liberarum & earum, quæ ſimpliciter Imperiales audiunt.

§. XXXVII.

Conſtat ergo, diſtinctionem hanc nullius eſſe fundamenti, multoque minus concludi poſſe a Ciuitatibus

E liberis

348

Digitized by Google

liberis ad Superioritatem Territorialem, eoque magis, cum in Pace Weſtphalica, qua hæc Superioritas nititur, omnes dicantur *liberæ Ciuitates*, *illuſt.* PRÆS. *in Synt. Iur. Publ. cap. XXVI. §. 19.* LEHMANNVS quidem in Chronico ſuo Spirenſi Lib. 4. cap. 4. diſtinguit, inter Ciuitates liberas, mixtas, & municipales. *Liberas* vocat, quæ Regalia tenent ab Imperatore & Imperio, omnibus tamen Imperii oneribus obnoxiæ ſunt. *Mixtas* dicit, quæ Principibus pactis ac conditionibus certis ſunt ſociatæ, eamque ob cauſam illæ ad Comitia non veniunt, quæque a Patronis ſuis eximuntur: *Municipales* vero, quæ Principibus aliisque prorſus ſubiecta ſunt: Cum Lehmanno facit etiam KNIPSCHILD, *de Iur. Ciu. Imp. Lib. I. cap. III.* in quo contendit, dari omnino mixtas Ciuitates.

§. XXXVIII.

Verum, cum hæc diuiſio inuentum ſaltem ſit nonnullorum Doctorum, Imperiique conſtitutiones nulla alia Ciuitatum genera agnoſcant, quam Ciuitatum Imperialium & Prouincialium; hinc concludo, tertiam ſpeciem Ciuitatum ſcilicet mixtarum non dari; hodie enim omnes Ciuitates ad binas haſce claſſes poſſunt referri; Ita enim verba ſe habent in *R. I. zu Speyer* de Anno 1544. §. 39. *die Frey und Reichs-Stadte auch andere Stadte, ſo den Fürſten oder andren Herrſchafften zugehören;* & in *R. I. zu Augſpurg* de Anno 1548. §. *und als erſtlich*, verb. *wiewohl daß etliche Fürſten und Herrn Stadt &c.* Deinde etiam in Subſcriptionibus Rec. Imp. nullibi mixtarum Ciuitatum mentio fit, ſed ſubſcriptiones perpetuo ita reperiuntur; *Vnd wir Chur-Fürſten*

Fur-

Fürſten und Prälaten, Graffen, Herrn, und H. Reichs Freye und Reichs-Stadte.

§. XXIX.

Eſt vero Imperii Ciuitas in ſpecie Ciuitas, a poteſtate alterius Status exempta, ſeſſionem & votum in Comitiis habens deciſiuum, quæ æque ac alii Imperii Status omnibus gaudet iuribus Imperii, neminemque, niſi Imperatorem & Imperium pro Superiore recognoſcens, vid. poſt KNIPSCHILD *de Iur. Civ. Imp. Lib. I. cap. II. num. 5.* etiam *illuſt.* PRÆS. *Synt. Iur. Publ. cap. XXI. §. I.* *Prouinciales* vero, quæ etiam *mediatæ* ſeu *municipales* audiunt, ſunt, quæ in totum ſubſunt Principibus, & ſunt inſtar municipiorum, quæ olim ſub Præſidibus Prouinciarum erant, BOCER. *de Iurisdict. cap. VIII. num. 85.* & exinde etiam nomen ſortitæ ſunt ſuum; Germanice dicuntur *Land oder Fürſten Stadte*, KNIPSCHILD *de Iur. Civ. Imp. Lib. I. cap. II. num. 4.* Adde etiam SPEIDELIVM & BESOLDVM *in theſ. pract. voce: Fürſten-Stadt, Land-Stadt.*

§. XL.

Sed vt reuertar ad propoſitum, nunc *quarto* etiam, ad ſtabiliendam vlterius meam theſin, conſiderandum venit, *Ius Statuum Imperii*, quibus iura Territorii propria. Gaudere vero Ciuitates Imperiales iure Status, id eſt, vt ad Comitia Imperii vocentur, ibique ipſis, vna cum Imperatore & reliquis Statibus, de negotiis Imperii deliberandi ac concludendi Poteſtas competat, probat KNIPSCHILD *de Iur. Civ. Imp. Lib. II. cap. II.* Et quamuis hæc qualitas olim ipſis in controuerſiam fuerit vocata, eas tamen omni iure illa gaudere, Doctores nullo fere

Digitized by Google

excepto, id communiter tradunt, *illuſtr.* PRÆSES *Synt. Iur. Publ. cap. XXII.* §. *VI.* & SCHWEDER *in Introd. ad Ius Publ. part. II. ſect. II. cap. IX.* §. *3.* præſertim cum per Pac. Weſtph. art. VIII. §. *tam in vniuerſ.* ius Status ac votum deciſiuum ſit confirmatum, *vid.* PFEFF. *Vitriar. illuſtr. Lib. I. tit. 18.* §. *1. Lit. a.* vbi omnes exhibet controuerſias, quae Ciuitatibus Imperii ea de re ſunt motæ.

§. XLI.

Eſt vero Status Imperii, iuxta *illuſtr.* PRAES. *in Synt. Iur. Publ. cap. XV.* §. *II.* Ciuis Imperii immediatus, qui ſeſſionem habet & votum in Comitiis, ideoque de Republica participat, atque in terris ſuis immediatis iure gaudet Territoriali. Ex qua definitione facile intelligere licet, quænam Statuum Imperii ſit nota characteriſtica, nempe Immedietas, ſeſſio & votum in Comitiis. Habere vero Ciuitates Imperiales has duas notas, nemo, cui modo ſanum eſt ſinciput, inficias ibit. Dantur equidem adhuc plures characteres, verum ſunt iſti incerti atque fallunt, nempe relatio in matriculam, ſola vocatio ad Comitia, itemque relatio in quaternionem, de quo *vid. illuſtr.* PRAES. *Synt. Iur. Publ. cap. V.* §. *XXIX.* Multo minus aliquid facit contributio ad onera Imperii, quas etiam ex parte Nobiles immediati præſtare debere ſcimus, diciturque ſubſidium charitatiuum, de quibus requiſitis *vid.* KNIPSCHILD *de Iur. Ciu. Imp. Lib. II. cap. II. num. 19.*

§. XLII.

Characteribus hiſce gaudere Ciuitates Imperiales, ſcimus non ſolum, ſed exerceant iſtæ etiam omnes actus,

actus, qui a qualitate Status dependent. Comparuerunt enim ſemper per Deputatos ſuos in Comitiis, & adhuc hodie comparent; præterea in iisdem Propoſitio Imperatoris non tantum ad Superiores Status, ſed nominatim quoque ad Ciuitates Imperiales dirigitur. Conſtituunt porro, ſicuti reliqui, proprium Senatum atque Collegium, in quo, propoſitione Cæſarea facta, conſultationes ſuas inſtituunt, ac habent, non votum conſultatiuum, ſed deciſiuum, quod iisdem vindicauit *Dom.* MVLLER *in diſſ. ſua inaug. de Voto deciſiuo Ciuit. Imper. ſub præſidio. D. Schwederi Tubingæ habita.* Tandem etiam, concluſum Collegii cum Collegio Electorali & Principum communicant, inter ſunt Re- & Correlationi, nec non Comitiis Deputatorum, *bey Ausſchuſſen*, vt & Conuentibus, tam ordinariis quam extraordinariis; interſunt quoque viſitationibus Cameræ; denique ſubſcribunt Receſſus Imperii, quos etiam ſuis firmant ſigillis, &c. Omnia hæc optime nota ſunt iis, qui Statum Germaniæ noſtræ ſibi perſpectum reddiderunt, KNIPSCHILD *de Iur. Ciu. Imp. Lib. II. cap. II. num. 30. ſeqq.*

§. XLIII.

Ius vero Status, Ciuitatibus Imperialibus competere, probari etiam poteſt ex conceſſione Imperatorum, quam exhibet LEHM. *in Chron. ſpir. Lib. IV. cap. IV.* eamque huc inſerere lubet: *Vor Iahren iſt es etlichen hohen Perſohnen und andern Gelehrten etwas frembd und ärgerlich fürkommen, daß die Stadt, und bevorab theils geringe, den hœhern des Reichß, in dem was ihre Freyheit, Regalien und Gerechtigkeit belanget, ſollten verglichen wer-*

E 3

Digitized by Google

werden, und den Titul und Nahmen eines Standts des Reichß haben und führen, deshalber in Schrifften und Büchern der Statt Freyheit in diſputat gezogen. Demnach aber dieſe Irrung der Kay. May. Anno 1582. auf dem Reichßtag zu Augſpurg fürkommen, haben ſich dieſelbe zu einer Reſolution über der erbarn Stande bedencken in puncto contribut. dahin erkleret, daß die Statte, Stande, und Mitglieder des Reichß, und der Reichß Conſtitutionen fähig ſeyn. Item in einer priuat Handlung Kayſ. May. mit den erbarn Frey- und Reichſs-Stadten in Bewilligung der Türcken Steuer, als derſelben Geſandten auf erfordern in Kay. May. Zimmer vor ihre May. ſelbſt und dero Geheimen Räthen, Herrn Trautſon, Harrach und Vice-Canzlern Viehheuſern erſchienen, hat der Vice-Canzler unter andern aus Befehl Kay. May. geſagt: daß die Statte in ihrer Schrifft vorbracht, als ſollte man vorhabens ſeyn, dieſelbige vom Religion und prophan Frieden auszuſchlieſſen; darauff geben ihr May. dieſſen Bericht, daß ihro May. unbewuſt, wo und durch wen ſolches beſchehen ſeyn mochte, das wuſten ſie ſich aber wohl zu erinnern, daß es aus ihro May. Geheiß, Will und Meynung nicht beſchehen were, und geben zwar ihro May. Schrifften genugſam zuerkennen, daß ſie, daß die Statte, gleich andern hohern Standen des Reichß, des Religions Frieden und Reichß Conſtitutionen, ſo viel die Reichßſtedt betrifft, fähig ſind, nie in Abrede geweſſen.

§. XLIV.

Huic declarationi Cæſareæ acceſſerunt deinde etiam reliqui Status, *vid.* LEHM. *loc. cit.* vbi ſequenti modo ſe declararunt: *Hernach den 5ten Auguſtus haben*

Digitized by Google

ben die Obern Stende œffentlich im Reichſs-Rath vermelden laſſen, daſs die Chur-Fürſten und andere Stande nit wiſſen, dann daſs die Statt, Stand des Reichſs waren, die ſie auch jederzeit dafür erkandt, gehalten, zu den Reichſs-Tagen erfordert, und mit ihnen referirt und correferiret hatten. Die Evangeliſche Stende haben ſich noch mehrers in dero Rath gegen der Stadt Geſandten reſolvieret und vermeldet, nachdem ein Miſsverſtand eingefallen, als ob die Statt nicht Stande wahren, daſs es dieſſe Meynung bey geiſt- und weltlichen Fürſten gar nicht hatte, dann es ware offenbar, und niemand würde es wiederſprechen kœnnen, daſs die Statt Reichſsſtande, und daher des Religions und aller Reichſs Conſtitutionen und Wohlthaten fæhig ſeynd. Durch ſolche Erklarung haben Kay. May. und die hœhere Stande den diſputanten in erregtem Streit unzweiffentlichen Entſcheid und Ausſchlag gegeben, darnach man ſich zu richten, &c.

§. XLV.

Patet ergo, Ciuitatum Imperialium libertatem ac Superioritatem Territorialem indubitato a qualitate Status indiſſolubiliter dependere, & ius ſtandi in Comitiis Imperii Territorio quodammodo annexum eſſe. In noſtro igitur Imperio, licet quis natiuitate Princeps ſit vel Comes, Perſonam tamen legitimam ſtandi in Comitiis non habet, niſi in Territorio ſucceſſerit, id quod videre licet in Principibus Germaniæ noſtræ tum Paragiatis tum Apanagiatis; imo in *Rec. Imp. nouiſſ. de Anno 1654. §. über dieſes haben*; & nouiſſime in *Capitulationibus* cautum, neminem, niſi ſufficienti bonorum, ab Imperio immediate dependentium, quantitate inſtructum,

ſtructum, inter Status Imperii cooptari poſſe, atque hæc adeo connexa ſunt, vt neque Status Imperii ſine Territorio, & vice verſa, ſubſiſtere poſſit. Hæc vero cum ita ſint, iniuriam inferunt hi Ciuitatibus Imperialibus, in diſtrictibus, ditionibus ac Rebuspublicis ſuis Territorium iis denegantes, eoque magis, cum iisdem eadem iura, Priuilegia & immunitates competant, quæ aliis Imperii Statibus adſcribuntur, *Teſte Beſoldo de Iur. Ciu. Imp. num. 8*. Certo ergo certior eſt vulgata illa Doctorum regula, quod Status Imperii, per conſequens etiam Ciuitates Imperiales, in ſuis Territoriis tantum poſſint, quantum Imperator in toto Imperio; quam regulam ad Ciuitates Imperiales eſſe extendendam, ſupra iamdum demonſtrauimus.

§. XLVI.

Quinto mouet me etiam, Ciuitatibus Imperialibus clauſum tribuere Territorium, quod per Priuilegia ab Imperatoribus impetrata, liberatæ fuerint ab Advocatis atque Præfectis Imperialibus, *von denen Reichſs-Vœgten, Reichſs-Schuldheiſſen, Reichſs-Ammænnern, Stadt-Ammænnern*, *Reichſs-Pflegern*, qui in Ciuitatibus Imperialibus nomine Imperatorum, præprimis ante Henrici V. tempora, omnia exercebant iura. Diſtincti autem erant Præfecti Imperiales, *die Reichſs-Vœgte*, & Aduocati Prouinciales *die Land-Vœgte*; His competebat Iurisdictio in tota Prouincia, ſeu in pluribus Ciuitatibus; iſtis vero ſaltem in vnica Vrbe, *illuſtr.* PRAES. *in Syntagm. Iur. Publ. cap. XXII. §. XXV.* Dependebant hi Aduocati a voluntate Imperatorum; & loco ſalarii ipſis adſignata erant certa Regalia, annui reditus, & præprimis mulctæ,

mulctæ, *welchen vor ihre Beſoldung ein Theil von des Landes oder der Stadt Gefällen, bevorab von den Freveln oder Buſſen, aſſigniret und überlaſſen, oder gar zu Leben angeſezet worden, und haben dazumahlen auch die Einziehung der Statte Reichß-Steuer, item die Verwaltung der Zœllen, die Münzen, und des Wechſels gehabt; Beneben ſo ſind ſie auch den Bürgerlichen Gerichten vorgeſtanden*, DANIEL HETDER *von den Reichß-Vogteyen in apol. cap. VIII. Salarium ipſorum* interdum etiam dicebatur *ius aduocaticum, oder das Vogt-Recht*, quam denominationem refert PFEFFINGER *in Vitriar. illuſt. ex charta quadam Eberhardi Comitis Wurtenbergici*, qua teſtatur, *Aduocatiam Monaſterii Lorch Anno 1291. in ſe ſuſcepiſſe, quod de bonis prædictis non recipiemus niſi tantummodo ius aduocaticum, quod vulgariter dicitur Vogt-Recht ab antiquo inſtitutum*, PFEFFING. *Vitriar. illuſt. Lib. I. tit. 18. §. 12. lit. b.* Interdum etiam hoc Aduocatiæ ius Imperatores conferebant Epiſcopis, vti LEHM. *in Chron. Spir. Lib. IV. cap. III.* aſſerit, quod Otto III. Epiſcopo Spirenſi in Ciuitatem Spiram Aduocatiæ ius conceſſerit, idem etiam obtinuit Epiſcopus Wormatienſis, Argentinenſis, Auguſtanus, Mindenſis, *illuſtr.* PRAES. *in Synt. Iur. Publ. cap. XXII. §. XXVIII.* Henricus IV. & V. vero, vt & alii Imperatores, Epiſcopis denuo ademerunt hæc Aduocatiæ iura, & in Seculares ea transtulerunt, quia in abuſum rapiebatur, *vid.* LEHMANN *loc. cit.* Poſſe vero Priuilegia, modo non ſint oneroſa vel conuentionalia, iterum tolli & reſcindi, quando impetrantes iisdem abutuntur, conſtans Doctorum eſt Sententia.

F §. XLVII.

Digitized by Google

§. XLVII.

Succeſſu vero temporis hæ Aduocatiæ atque Præfecturæ tandem labaſcere coeperunt, Ciuitatesque Imperii variis ab iisdem ſe liberarunt modis: idque factum eſt vel gratis in praemium, vel interueniente pretio, vel propter abuſum Aduocatorum, interdum etiam neceſſitate vrgente Imperatores Aduocatiæ Iura vna cum officio Sculteti Statibus oppignorarunt. Cum vero poſſeſſores talium oppignorationum iure ſuo abuti, & ſub hoc titulo Ciuitates plane opprimere conarentur, tunc exemplo aliorum Statuum eo laborarunt, vt huiusmodi Præfecturas a ſe auerterent. Sic ob bene merita erga Henricum IV. libertate donatæ ſunt, Colonia, Wormatia, Spira, Argentoratum & aliæ Rheno adſitæ Ciuitates, prout refert LEHMANN *in Chron. Spir. Lib. IV. cap. III.* Auguſta Vindelicorum, a Conrado vltimo Sueuiæ Duce, libertatem ſuam redemit, *Teſte* LEHMANNO *in Chron. Spir. Lib. IV. cap. IV. Von der Stadt Augſpurg wird geſchrieben, daß ſie um das Iahr 1266. von Conradino dem leztern Herzog von Schwaben um gros Geld ihre Freyheit und die Beſtellung des Stadt Regiments erkaufft, und von derſelben Zeit den Rath, Bürgermeiſter und Stadt-Pfleger zu erwehlen hergebracht, und hernach von Kayſer und Kœnigen ſtattliche Priuilegia erlanget habe.* Pari modo etiam Vlmenſes, pretio a Coenobio Diuitaugienſi ſe redemerunt, & Præfectura, quam Rotenburgum ad Tubarim multo tempore ab Imperatore Ruperto iure pignoris tenuit, pro VIII. millibus Florenorum, tandem pignore ſoluto, iure proprietario ad Ciuitatem peruenit, Teſte Magero de Aduocatia

armata

Digitized by Google

armata cap. II. num. 216. Plura exempla ſi deſideras euolue LEHMANNVM *in Chron. Spir.* & KNIPSCHILD *de Iur. Ciuit. Imper.*

§. XLVIII.

Poſtquam itaque Ciuitates Imperiales a Præfectis ſuis liberatæ fuerint, diuerſisque Priuilegiis ornatæ, ſenſim acquiſiuerunt iura Territorii vel ex pagis ad Præfecturam ſpectantibus, vel etiam Dynaſtias & Territoria ſibi comparando, ſicuti Vlma Comitatum *Helffenſtein*, & Dynaſtias, vt Hala Sueuorum, caſtrum *Eltershoffen & Limburg*, vt tandem paribus cum Principibus gaudeant iuribus: Et, licet adhuc hodie tales Præfecti in multis Germaniæ Ciuitatibus ſuperſint, qui etiam mandatarii vel perpetui Vicarii Imperatoris dicuntur, ipſum olim repræſentantes, vt Norinbergæ, Rotenburgi ad Tubarim, Halæ Sueuorum, Reutlingæ aliisque in locis paſſim; attamen hæc ſimulacra tantum & vmbræ ſunt veterum, nec amplius hoc officium per Cæſarem, ſed per ipſos Magiſtratus conſtituitur, & præ reliquis ciuibus & officialibus tales Præfecti nihil peculiare habent. *illuſtr.* PRAES. *in Synt. Iur. Publ. cap. XXI. §. XXVII.*

§. XLIX.

Porro Doctores etiam docent ex feudis ab Imperatore & Imperio recognitis probari, aliquem Imperio immediate eſſe ſubiectum, & per conſequens etiam Territorium, idque clauſum poſſidere, *per R. I. zu Augſpurg de anno 1548. §. wann auch ein ausgezogener*, MAGER. *de Advoc. armat. cap. VI. num. 147.* Verum nonnullas Ciuitates Imperiales feuda Imperii poſſidere, colligitur ex Capitulationibus Imperatorum Caroli V. art. 24.

353

Digitized by Google

Ferdinandi II. art. 28. & Ferdinandi III. art. 32. vbi diſponitur, quid de feudis & inter ea, Ciuitatibus Imperio apertis, fieri debeat, & ſic ipſum Territoriale ius beneficio feudali competere poſſit, KNIPSCHILD *de Iur. Ciuit. Imp. Lib. II. cap. V. num. 16.* Sic Ciuitas Imperialis Tremonia, ab Imperatore & Imperio in feudum tenet Comitatum Dortmundanum, cum omni iure & libertate, quibus vſi olim Comites Dortmundani, prout legere eſt *in der information iuris & facti, contra Herrn Othonem Gereonem Suffraganeum des Erzſtiffts Cœln, als angegebenen Archidiaconum zu Dortmund, die Religion Weſſen betreffent:* literas inueſtituræ, inſeruit LVNIG *im Reichs-Archiv part. Spec. Cont. IV. pag. 449. & 455.* Et ITTERVS in egregio ſuo tractatu *de feudis Imperii cap. V. §. 19.* ait: *a fide dignis accepimus, illuſtrem Francofurtenſium Rempublicam agros terrasque, quæ ipſius Ciuitatis inſignem nunc partem faciunt, beneficiario nexu Imperio diuinctas iam pridem tenuiſſe.* Varia vero quæ Francofurtenſes ab Imperatoribus impetrauere Priuilegia ratione Territorii, refert LVNIG *im Reichs-Archiv, parte Spec. Cont. IV. Voce Franckfurt.* Pari modo etiam Auguſta Vindelicorum inueſtitur *mit der Land- und Stadt- Vogtey nebſt dem Blut-Bann,* idque ex ſpeciali Priuilegio Ciuitate ab Imperatore Ferdinando III. 1638. conceſſo, quod exhibet LVNIG *im Reichs-Archiv part. Spec. Continuat. IV. pag. 159. conf. etiam p. 180.* Sic Heilbrunna in Feudum habet ab Imperatore & Imperio pagum *Flein.* Northuſa inueſtitur cum monte *Conſtein.* Roteuilla cum iure venandi ac Superioritate Territoriali. Vlma cum pago *Riethein.* Pluribus de his vide LVNIG *im Teutſchen Reichs-Archiv.* §. L.

§. L.

Denique Ciuitatum Imperialium Superioritas ac Territorium clauſum, demonſtrari etiam poteſt ab exercitio; nam apud omnes in confeſſo eſt, quod Ciuitates Imperiales in poſſeſſione & exercitio Superioritatis Territorialis ſint conſtitutæ, id quod ſingulæ fere eiusdem ſpecies & actus comprobant. E re ergo erit, iura præcipua in applicatione ad Ciuitates Imperiales breviter enarrare. Verſantur autem iura iſta vel circa negotia Sacra, vel circa negotia profana. Ad negotia Sacra ſpectat potiſſimum cura Sacrorum, ſummaque in eccleſiaſticis ſtatuendi poteſtas, & hæc ſe vel circa res Sacras, vel circa res eccleſiaſticas exerit, quæ in Territorio exercetur, KNIPSCHILD *de Iur. Ciuit. Imp. Lib. II. cap. III. num. 18.* Itaque Ciuitates Imperiales omnes exercent actus, a Iurisdictione Sacra vel eccleſiaſtica dependentes, veluti reformandi Religionem, niſi pacta obſtent; ius inquirendi in veritatem Religionis; Synodos conuocandi; Conſiſtoria eccleſiaſtica habendi; Ferias ac Feſta indicendi; ius ordinandi liturgiam; ius proſpiciendi, vt alii in vera Religione probe educentur; ius ordinandi & diſponendi circa res adiaphoras; ius conſtituendi & remouendi Clericos; inſtituendi viſitationes; erigendi Scholas, Gymnaſia ac Academias; decidendi controuerſias theologicas; ius diſpenſandi circa matrimonialia in gradibus prohibitis; ius collectandi Clericos, & alios quam plures.

§. LI.

Hoc circa Sacra ius Ciuitatibus Imperialibus nonſolum in transactione Paſſauienſi 1552. in Pace reli-

354

Digitized by Google

gioſa Anno 1555, *per R. I. de Anno 1555. §. und damit ſolcher Friede*, ſed etiam expreſſis verbis in Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ confirmatum eſt *art. V. §. 29.* his verbis: *Liberæ Imperiales Ciuitates, prout omnes & ſingulæ ſub appellatione Statuum Imperii non tantum in Pace Religionis, & præſenti eiusdem declaratione, ſed & alias vbique indubitate continentur, ita & ex illarum numero eæ, in quibus vnica tantum religio Anno 1624. in vſu fuit, tam ratione iuris reformandi, quam aliorum caſuum Religionem concernentium, in Territoriis ſuis reſpectu ſubditorum non minus ac intra muros & ſuburbia, idem cum reliquis Statibus ſuperioribus ius habeant, adeoque quæ de his generaliter diſpoſita, de his quoque dicta & intellecta ſunt, &c.* adde §. *30. 48. & 49. dicti articuli;* Cœterum Dn. HIRSCH in ſua diſſ. inaug. *de Superioritate Ciuitatum Imperialium circa Sacra*, iisdem ius circa Sacra vindicauit, ſub præſidio illuſt. WILDVOGELII habita. Et licet hoc ius etiam competat Pontificiæ Religioni addictis, tamen hoc iure, ſuperſtitioſo quodam Principio inducti, nolunt vti: hoc vero Sacrorum ius Poteſtati ciuili ac Territorio Statuum annexum eſſe, Sacra nonſolum comprobat Scriptura, exemplo Ioſaphati, Dauidis, Samuelis, Ioſiæ &c. ſed & exempla Conſtantini M. & Caroli M. nec non ſubſequentium Imperatorum; *illuſt.* PRAES. *in Synt. Iur. Publ. cap. X.* §. *XIX.* vt & leges ciuiles ac Conſtitutiones paſſim.

§. LII.

Inter profana ſiue ſecularia Superioritatis iura, quæ Ciuitatibus Imperii vna cum aliis Statibus tam in-

tra quam extra Territorium ſuum competunt, primum procul dubio ſibi vindicat locum, Ius Belli ac Pacis, vi cuius ius ſuum armis quibuscunque proſequi, ac impune ſe defendere poſſunt; habent etiam huic iura annexa, veluti Armandiæ, Repreſſaliorum, Delectus, Sequelæ, Luſtrationis, Munimentorum, Præſidii, Aperturæ &c. idque conſtat ex plurimis bellis a Ciuitatibus cum Principibus ac aliis Statibus geſtis, quæ dicebantur *der Stædte Krieg*, veluti Norinbergenſis Ciuitatis cum Alberto Marchione Brandenburgico, quem Achillem vocant, *illuſtr.* PRÆS. *in Synt. Hiſt. Germ. diſſ. XXX.* §. *XIX.* vt & Comitum Wurtenbergicorum, cum Sueuiæ Imperii Ciuitatibus. Idem diſſ. XXVII. §. XXI. Plura exempla habet KNIPSCHILD *de Iur. Ciu. Imp. Lib. II. cap. XXII. num. 7.* & LVNIG *im Teutſchen Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. IV. paſſim.* Huic iuri annexum eſt ius Fœderum, Fœderatisque auxilium mittendi, ita vt pari procedere dicantur gradu: Hinc, vt ad reſiſtendum eo eſſent validiores Ciuitates Imperiales, per ſolennia Fœdera aliorum ſibi pararunt auxilia, exempla vid. ſupra §. 10. pluraque recenſet KNIPSCHILD *de Iur. Civ. Imp. Lib. II. cap. XXIII. num. 9. ſeqq.* & LVNIG *im Teutſchen Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. IV. pag. 1434. ſeqq.*

§. LIII.

Competit eisdem etiam ius Legationis ſeu mittendi Legatos, quia ius Belli, Pacis ac Foederum ſine hoc commode exerceri nequit: Hoc ipſis ſingulari diſſ. vindicauit DN. WÖLKER, *Altdorffii habita, de Iure Legationis Ciuitatum Imperialium;* id quod etiam quotidiana docet experientia; mittunt enim Legatos ad Comi-

Digitized by Google

Comitia Imperii, ad Cæſarem alioſque Conſtatus: Imo earum Legatos Tractatibus Pacis Weſtphalicæ, Nouiomagenſis, & Ryswicenſis interfuiſſe, ex hiſtoria Imperii noſtri Romano-Germanici notum eſt. Fruuntur etiam Monetarum iure: Hoc quidem nonnullæ Ciuitates deſtitutæ ſunt, & illud quibusdam tantum quoad Monetas, minoris valoris, *Scheide-Münzen* competit; attamen plurimæ earum omnis generis Monetas cudere poſſunt, veluti Auguſta-Vindelicorum, Norinberga, Vlma, Ratisbona &c. Verum hoc ius Status Imperii magis habent ex ſpeciali Imperatoris conceſſione vel immemorialis temporis præſcriptione, quam vigore Superioritatis Territorialis, Ferdinand. I. *Münz-Ordnung* *§. 178. R. I. de anno 1576. §. 72. 78. Capit. Leop. art. 34. Ioſephi art. 33. Caroli VI. art. 9.* Fruuntur porro iure Homagii recipiendi a Subditis. Iure leges prouinciales, Statuta ac Ordinationes condendi & publicandi. Mandata, Edicta, Reſcripta edendi & affigendi. Priuilegia Territorialia confirmandi. Rationes a Ciuitatibus, Vniuerſitatibus, Tutoribus, &c. exigendi. Orphanotrophia, Noſocomia &c. ordinandi. Officiales rebus Territorii præficiendi, Archiuum habendi. Iurisdictionem tam ciuilem quam criminalem exercendi. Priuilegia ſingulis concedendi. Iure aggratiandi & diſpenſandi. Saluum Conductum tribuendi. Ponendi inſignia in locis & itineribus publicis. Relaxandi a iuramento, ſcilicet quoad effectus agendi. Famam reſtituendi. Veniam ætatis concedendi, item iure conducendi, perſequendi & indagandi. Iure fluminis, Molendinarum &c. Collegia opificum & alia confirmandi. Iure

Nun-

Digitized by Google

Nundinarum; Vlnarum; Ponderum; Menſurarum &c. Iura etiam habent Fiſci; importandorum & exportandorum; Vectigalium; Decimarum; Acciſarum; Detractionis, de omnibus hiſce iuribus *vid.* KNIPSHILD *de Jur. Civ. Imp. in libro II. paſſim.*

§. LIV.

Superuacaneum puto, multis declarare, iura hæc omnia ac ſingula a Ciuitatibus Imperialibus exerceri, cum hoc ſatis ſit in propatulo; hinc ſumma cum iniuria a quibusdam Maleuolis iisdem denegari docet, multisque rationibus confirmat communis tam Iuris publici, quam rerum Germanicarum peritiſſimorum Doctorum & ICtorum ſchola. Coeterum, earum iura optime defendit atque expoſuit PHILIPPVS KNIPSCHILDIVS J. V. D. & Reipublicæ Eslingenſis quondam Syndicus, in Tractatu ſuo egregio *de Iuribus ac Priuilegiis Ciuitatum Imperialium.* Nicolaus Reusnerus de Vrbibus Imperialibus; item Autor *des Gründlichen Berichts von den Freyen und Kayſerlichen Reichß-Städten ihrem Stand und Regalien*, Francofurti 1612 in 4to, nec non Autor *der zween ausführlichen Rathſchläge der Reichsſtädte Seſſion & votum betreffend.* Francofurti 1615. in 4to. Lehmann in Chronico ſuo Spirenſi paſſim, & Limnæus in iure publico. Daniel Heyder *in Gründlich Hiſtoriſchen Bericht von denen alten Reichß-Vogteyen, bey den erbarn Frey und Reichß-Städten.* Reinking de Regimine ſeculari & eccleſiaſtico paſſim. Beſoldus de liberis Imperii Ciuitatibus. Iohann Michael Heintz de ſubiectione & libertate Imperialium Ciuitatum, vt

356

& Lexicographi omnes ſub voce *Reichſs-Stadt*, *Freye Reichſs-Stadt.*

§. LV.

Coronidis loco lubet adhuc quærere, numne Imperatori competat, in præiudicium Superioritatis Territorialis Ciuitatum Imperialium, ad nuda narrata partis aduerſæ, neque citatis neque auditis vicinis, iisque deſuper Priuilegia antiquiora, (vt iam nil dicam de iure Status, quibus iura Territorii propria) clauſula caſſatoria inſtructa habentibus, Priuilegium concedere? Pro affirmatiua facere videtur tritum illud: cuius eſt Priuilegium dare, eius quoque eſt adimere & priuare, STEPHAN. *de Iurisdict. Lib. II. part. I. cap. I. membr. II. num. 158.* Ius vero concedendi Priuilegia, *allerhand Priuilegia zuertheilen*, quorum effectus ſeſe extendit per vniuerſum Imperium, ſoli Imperatori tanquam capiti Imperii competere, communis Doctorum eſt aſſertio, BOECLER *in Notit. Imper. Lib. IV. cap. I.* CARPZOV. *de Lege regia cap. XV. num. 8.* Verior autem eſt negatiua; nam quanquam Imperator noſter hac facultate gaudeat, ita tamen interpretanda ac intelligenda eſt, ne Statuum iuribus inde quicquam detrahatur, iisque nullum afferat præiudicium, & hinc omnia Priuilegia ſine præiudicio tertii concedenda & conceſſa intelligenda eſſe, vult GAIL. *II. obſ. I. num. 14.* REINKING. *de Regim. ſec. & eccleſ. Lib. I. cl. IV. cap. XIX. num. 114.* Vnde ſemper clauſula, ſaluo iure tertii intelligenda eſt, vt & ſaluo iure Territorii illius, cui primum in eodem loco tale ius anteà conceſſum; nam quod ſemel Imperator conceſſit, legitimoque modo acquiſitum eſt,

illud

illud non trahi debet ad aliorum iniuriam. Priuilegia enim alias non iniuſta, quatenus vergunt in præiudicium vel iniuriam aliorum iniqua ſunt, ideoque reuocanda, MEVIVS *parte VI. deciſ. 184. n. 3.* eoque magis, cum pleraque Priuilegia Ciuitatum Imperialium ab Imperatoribus ipſis conceſſa ſint ob bene merita, in remunerationem; hæc autem reuocari non poſſe, communis teſtatur Doctorum ſchola ac quotidiana experientia, ZIEGLER. *de Iur. Mai. Lib. I. cap. XII.* §. *XII.* SIXTIN. *de Regal. Lib. I. cap. VI. num. 23.* Priuilegium namque ob bene merita conceſſum, in contractum tranſire, eiusque vim habere cenſetur; in contractibus vero Imperator æque ac Principes iure vtuntur priuatorum, a quo recedere non poſſunt. Priuilegia ergo ab Imperatore conceſſa contra Priuilegia Statuum aliorum, in ipſorum Territoriis nihil operantur, *illuſtr.* PRÆS. *in Synt. Iur. Publ. cap. XII.* §. *I.* Nam Imperator non debet per conceſſionem nouorum Priuilegiorum iuribus Statuum præiudicium inferre, idque propter iuratam promiſſionem in Capit. Leop. art. III. Ioſeph. art. III. & Carolina art. VII. & XVIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

ADDENDA.

Ad pag. 18. poſt verba *die genandten von Nördlingen* adde *in den Ettern und Weldern der Stadt Nördlingen.*